nima ſpes lucri affulſerit, præternauigat; totas noctes in„
ſomnes ducit, famem, ſitim æſtum, frigus tolerat, et quod
ſuo genere, et dignitate prorſus et indignum est ex reque„
libet, vt Veſpaſianus Imperator, date Veniam Verbo, ex lotio
ſordidum quæſtum facit, vniuerſum et Mortalium genus de„
uorare, et maximo omnibus detrimento, vt ſibi ſoli proſit,
eſſe non abhorret, modo loculos ſuos expleat, alienos expilet,
quodque leges Vetant, licentia ſibi ſumit, Vnde hoc modo ratio„
nari ſecum audires: O ciues, ciues quærenda pecunia primum
Virtus poſt nummos. quorſum Virtus, quorſum probitas? quæ
laudatur quidem, ſed alget / vnicum ego pecuniæ ſtudium amplectar
hæc ſtam, nobilitatem, honores, dignitatesque donat, huic obediunt
omnia, hac vel ſq capiuntur. In pretio pretium est, dat cenſus ho„
nores; igitur terminos proximi transferam, furabor, rapiam.
Homines profecto ſi modo homines, et non potius Harpyæ dicen„
di ſint, qui vel a ſtatuis farinam exigerent. Luxurioſa
res est Vinum, tumultuoſa ebrietas, ſed longe nocentior auarus
fuerit, quo ſcelestius eſſe nihil poteſt. Ebrius post factum agno„
ſcit delictum ſuum, ac poenitentiam agit; homicida in furo„
ris Vim, ac iram transfert crimen, et fatis maleficium aſſignat,
et Vterque non ſemper, ſed raro, et caſu quodam, et inuiti pec„
cant, at auarus nihil habet, quo noxium reſurget animum.
O diram, et non niſi corporis, et animæ interitu exple„
bilem ſitim auri, quid non mortalia pectora cogis? ſed quid
tantis curis, tantis laboribus, tantis periculis congeſtæ opes?
forte felicem, ac Beatum reddunt poſſeſſorem ſuum? forte
ſuauiter deinceps, ac delicate Viuere, boniſque ſuis Vti, ſe„
curèque ſaui ſinunt? omnino hunc fructum maximis peri„